

Mythologia, Francfort, 1581 - V, 12 : De Nymphis

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[52\] : De Nymphis](#)

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre V

Ce document est une version augmentée de :

[Mythologia, Venise, 1567 - V, 12 : De Nymphis](#)

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre V

[Mythologie, Paris, 1627 - V, 13 : Des Nymphes](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre V

[Mythologie, Lyon, 1612 - V, 12 : Des Nymphes](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Francfort, 1581 - V, 12 : De Nymphis, 1581

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 03/02/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/5965>

Copier

Présentation du document

PublicationFrancfort, André Wechel, 1581

ExemplaireRegensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Formatin-8

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Paginationp. 472-476

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Nymphes](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024

*Fertur Hamadryadis Nymphas spreuisse querelas.
Sapient illa quidem supplex hunc voce rogavit,
Ne truncum quercus concideret, ipsa coana
Quod foret, amborumque viret in arbore vita.
Viribus hic fretus, fretus iuuenilibus annis
Prosternit quercum: funestam quam sibi Nympha,
Pignorisque suis fecit.*

Dictæ sunt autem Dryades, quod in quercubus illatum sit vita, ut sensit Mnestmachus: at Hamadryades quod una cum illis sint genitæ, vel (ut voluit Apollinis enarrator & Isacius) quia cum ipsis quercubus perirent. Memoriae prodidit Charon Lampiacenus Arcadem Iouis filium & Callistus, vel (ut aliis magis placuit) Apollinis, obviam habuisse in sylvis, cum venaretur, ynam ex Hamadryadibus Nymphis, quæ cum propius esset periculo ne quercus à flumine conuelleretur, cum qua nata fuerat, ac periret, rogavit ipsum Arcadem ut quercum servaret, quare ille fluvium aliò diuertit, & quercum terra communiuit. At Nympha, cui nomen erat Prospelex, cum illo congressa ob acceptum beneficium, dicitur Elatum & Aphidantem peperisse. Hæc vera ne an falsa fuerint, quis pro certo affirmare possit? nam si vana & mædacia extiterunt, ut ego fuisse arbitror, nulla alia de causa ficta sunt, nisi propter antiquorum superstitionem, qui nihil ad homines excitandos ad metum Deorum non excogitarunt, cum singulis rebus Deos adesse demonstrarent. Sin credita fuerint ut vera ab iis qui illa in medium attulerunt, esset sanè pluribus verbis de illorum sententia disputandum, an quivis essent dæmones, vel potius plantarum illarum Genij, qui mortalibus apparuerint. Verum hæc in præsentî prætermittamus, ut altioris vestigationis indigentia. Nunc dicamus de Nymphis.

De Nymphis. CAP. XII.

NYMPHAS Oceani filias & Tethyos esse dixerunt antiqui, ut testatur Orpheus in hymno in Nymphas:

*Νύμφαι θυγατέρες μεγαλήτορος Ὀκεανοῖο,
ὕδατος γαίης ὑπὸ κούρῳ ἐκίχθησαν.*

*Nympha magnanima Oceani certissima proles,
Sub tellure domos colitis qua lumentibus antres.*

Virgilius

Virgilius Nymphas fluviorum matres putavit, cum ita scribat in libro octavo :

Nympha Laurentes, Nympha genus amnibus Unde est.
Has non solum communi nomine appellavit Nymphas Orpheus in illo hymno, sed etiam Hamadryadas, cum inquit :

κούραι Ἀμαδρυάδες, φιλοπαύμονες.

Nympha & Hamadryades festina.

Id sane idcirco effectum est, quia Nympharum aliae sunt creditae coelestes, aliae terrestres; aliae fluviales, aliae marinae, aliae stagnorum praefides; quam divisionem fecit Mnesimachus Phaselites. & Homerus de quadam varietate harum ita meminit in hymno in Venerem :

ἢ τι Νυμφῶν, αἱ τ' ἄλσιν καὶ ἱερῶν

ἢ Νυμφῶν, αἱ καλὸν ἔρος τέ εἰς νηυσὶν αἰ,

καὶ πηγαῖς ποταμῶν, καὶ βρόχια πνίχοντα.

Si quae es Nympharum Sylvarum tella colentum,

Si quae es Nympharum qua potem hunc numine servat,

Aut fontes molli de indut as gramine Valles.

Terrestres Nymphae putatae sunt à nonnullis Cererem & Bacchum educasse. Illae Nymphae quae coelestes putabantur, credebantur esse animae sphaeratum, quas etiam Musas vocarunt, ac vires quae inde ad nos manerent. Terrestrium aliae sylvis praeterant, ut Dryades; aliae montibus, ut Oreades aut Orestiades; aliae singulis arboribus, ut Hamadryades; aliae pascuis & floribus, ut Napeae, nam νάπη saltus ac pascua significat. Fluviorum praefides Naiades dicebantur, quia fluvij perpetuo fluere, νάει enim fluere significat. Stagnorum rursus Deas Limniades nominarunt, cum λίμνη sit stagnum. Quas verò fontibus praefesse putarunt, in aquis latere crediderunt, vocarunt Ephrydaides, de quibus ita scripsit Hermocreon :

Νύμφαι ἐφ' ὕδασι, ταῖς ἐρμυκρίων τὰς ἑδῶναι

ἢ ποταμῶν, καὶ νάων πῶς ἀντιτάσσας,

χαίρειν, καὶ σέβειν ἱεροῖς ποσσὶν ὕδατιναι

τόνδ' εἶμι, καθάρ' ὑπὸ πλάμιναι πόματος.

Munera Ephrydaides vobis tulit Hermocreon, quod

Est fontem natum fortè perenni aqua.

Salvete, atque domum placida hanc accedite aquosam:

Hic puros latraces invenietis enim.

Nam profecto crediderunt antiqui si quem fontem, vel vilem

aquam excavautes reperissent, illud esse nympharum munus pro qua aqua sacrificia offerre consueverunt. Aliæ marinæ putabantur, vocabanturq; Nereides. Quod verò loca nonnulla forent Dijs varijs consecrata, & qua de causa id fieret, testatus est Dion. Halicarn. lib. 1. hoc pacto: ὅρη μὲν καὶ ῥάπαι πανί, λαμῦναι δὲ καὶ τεθυλότα χάρις Νύμφαις, ἀκταὶ δὲ καὶ νήσοις πελαγίοις δαίμοσι τῶν δ' ἄλλων, οἷς ἕκαστος τὶ θεῶν καὶ δαίμοσι εἰκῶν. *Montes quidem & saltus Pani, prata & loca Nereïa Nymphis, & insulas marinæ numinibus; ex cæteris locis vni cuiq; Deo, sicut illi natura conuenit.* Pausanias in Phocensibus quandam ex Nymphis Lilæam nominat Cephisi filiam, atque alibi de Nomia mentionem fecit indigena Arcadum Nympha. atq; Nymphas inquit nō esse quidem omnino sempiternas aut mortis expertes, sed innumerabilem penè annorum numerum viuere, & id de antiquorum poetarum sententia. Afflabantur vates non minùs Nympharum, quàm cæterorum Deorum numine. quare scripsit Pausanias idem in Messeniæ, nonnullos Nympharum numine afflatos ciuitatum ruinas prædixisse: quippe cū illæ diuinationum etiam putarentur auctores. Lac & oleum illis offerebatur, cū sacra fierent, vt scripsit Theocritus in Viatoribus in his:

ἑσσω δὲ κρητῆρα μέγαν λευκοῖο γάλακτος
ταῖς Νύμφαις, ἑσσω δὲ καὶ αἰδέομαι ἄλλων ἱλαίω.
*At statim lactis magni cratera decoris
Nymphis: mox alius pingui ponetur olui.*

Consueverunt capras etiam illis immolare, vt testatur idē poeta in eadem Ægloga:

τὸ κροκύλος μοι ἴδωκα τὸ πικίλαν, ἀνὴρ ἴδουσα
ταῖς Νύμφαις τὰν αἶζα.

*Hanc mihi dar Crotylus, cum Nymphis fortè capellam
Mactaret.*

His mel offerri solitum quidam putarunt, quia floribus delectarentur, è quibus mel conficitur: è quorum opinione Virg. illas flores colligentes ait in his:

tibi liliæ plenæ

*Ecce ferunt Nympha calathis, tibi candida Nasæ
Pallentes violas, & summa papauera carpenti.*

Alij id contigisse maluerūt, quòd illæ Aristæum, quem putantur educasse, mellis & olei conficiendi viam docuerint. Offerebatur

batur & vinum, ut Apollinis responsum declarauit apud Eusebium. atq; hæc de Nymphis fabulosè dicta sint.

¶ Has Oceani filias, & fluuiorum matres esse crediderunt, quia vires humoris esse putarunt terræ & stirpibus insitas, & aque naturam quæ conferret ad animalium, plantarum, & fructuum procreationem, per quas omnia in lucem prodirent, ut sensit Orpheus in eo hymno:

κρητίζομαι, βάκχιο τρεφεί, χόενται, πολυγαθεῖς

παρτρύφαι, λιμνιάδες, νόμισι, πάλυαδαι

σὺν βάκχῳ ἀμὶ τὴ χάριν διηγοῖσι φίλους.

Nutrices Bacchi, quibus est occulta domini: qua

Fructifera, & lata pratorum floribus essis:

Pascitis & pecudes, & opem mortalibus ipsa

Cum Cerere & Baccho vitam partatis alumnae.

Sunt autem idcirco vires humoris putandæ, quia non tota materia aquarum vel generationi, vel nutrimento est accommodata, sed quædam eius pars in illud quod nascitur, absumitur; quædam permixta est ad eius nutrimentum quod procreatur, ut in ouis conspicitur; alia pars exit in excrementum ex ipso naturæ opificio. Illas igitur vires, ex quibus vniuersa generatio consistit. intra aquarum naturam Nymphas antiqui appellarunt, quæ cum essent adhuc in vniuersa aquarum natura, Oceani filias esse dixerunt, quia inde primum nascerentur. Cum ex his viribus omnia orirentur, quæ primum videbantur se in flumina diffundere, fluuiorum matres dictæ sunt, & per hos deniq; vniuersæ generationis parentes sunt vocatæ. hinc fructiferae meritò, hinc florum feraces, hinc homines & animalia omnia nutrire, hinc Bacchi alumnae dictæ fuerunt, & pastorum Dex, & pratorum, & omnium animalium præfides. Harum Nympharum tam esse vim humoris, indicio est vel herbarum illius natura quæ Nymphæa vocatur à Dioscoride quasi aquatica, quia plurimum gaudeat humore. Dictæ sunt habitare sub terra, quia dulcium aquarum origo putetur sub terra in locis cauernosis fieri ex aere in aquam verso, sicut augentur vaporibus maris conuersis in pluias. Et quoniam in mari, fluuijs, stagnis, fontibus, riuisq; & in montibus diffusæ essent humoris vires aptæ ad generationem, idcirco omnibus his locis Nymphas præfecerunt; & cum sidera quoque humoribus palci nonnulli arbitrarentur, in sphaeris quoque Nymphæ ab illis

sunt collocatæ: quas paucis exceptis proprijs nominibus cære passi sunt. Quæ fuerit harum Nympharum natura facile declarat sacrificiorum genus, quæ illis offerebantur: nam sicuti Dijs coelestibus igne in sacris, & figuras, & lumina, & multa ad visum spectantia adhibuerunt, sicut aereis numinibus musicos concentus, & odores, qui suauiter aera inficerent; sic in terrestrium & marinorum sacris, siue præfectorum Deorum aquis, illa addita sunt, quæ ad gustum pertinerent, & quæ essent solida: quippe cum illa crassiorem naturam significarent, ut dictum est. Omnium verò Deorum, ut summam dicam, qualis erat natura, tales & loci, & sacrificia, & cærimonie dicabantur, ex quibus facile possent cognosci. at de Nymphis satis, nunc de Baccho dicamus.

De Baccho.

CAP. XIII.

BACCHVS, quem Dionysum etiam vocarunt, è quibus parentibus ortus sit, diuersimodè fuerunt antiquorum poetarum opiniones. Nam Orpheus in hymno in Dionysum, Semeles illum filium dixit, & apud mare natum, hoc pacto:

ἀμφὶ δαίνυσσιν τιμῶντες ἱερικυδῖος υἱόν
μνησόμεθα, ὡς ἱφάνη παρὰ οἴν' ἄλως ἀτρυγίπνο.

*Te Dionyse pater canimus Semeles a proles,
Quem videre mari sentosi ad litora primum.*

Idem postea poeta in alio hymno Iouis & eiusdem Semeles filium inquit:

κισσοκόμῳ δαίνυσσιν ἱερὸν ῥομὸν ἄρχεμ' ἀείδαν,
Ζῆυδος ἔχει τιμῶντες ἱερικυδῖος ἀγλαὸν υἱόν.

*Comptum hederæ canimus Dionysum multa fremetem,
Et Iouis & Semeles claræ de sanguine prolem.*

Fuit autem mortalis Semele, & Cadmi filia, ut ait Euripides in Bacchis:

ἦ καὶ δαὶς παῦς τῶνδε θεῶν αἰὼν χθόνια
δαίνυστος, διτίκτε' ποδ' ἡ κείδ' μου κέρη
τιμὴν δοχυνθῆς ἀσραπηνέρας πυρί.

*Accedo Thebas Bacchus è Saturnio
Natus Ioue & Semele puella, filia
Cadmi edidit me olim ferenti fulmina.*

Fabulantur poete Iouem Semeles præstantissima forma captum, illam aliquando compressisse: quod cum grauius ferret Iuno,